e-codices

EX SESQUITERTIA PROPORTIONE SUBLATIS DUOBUS TONIS TONI DIMIDIUM NON RELINQUI

Iam uero si eos numeros disponam qui de sesquitertia proportione duobus tonis retractis relinquuntur. nihil est quod dicere possim. uerum ea proportio quae post duos tonos relinquitur integri loco semitonii censenda est. Quae si ratio recta fuerit illud quae contra baccantur diatesseron consonantiam duobus tonis atque integro semitonio copulari. Erat igitur supius primus terminus ccxii. Adhunc sesquitertia proportione tenebantur cclvi. Sed ad primum terminum ccxii faciunt tonum. Ad ccxvi. rursus ccxliii tonum obtinent locum. Est igitur quod relinquitur extrema diatesseron proportione ea scilicet habitudo quae inter ccxliii & cclvi invenitur; est autem. Haec igitur si pars integri toni est dimidium. dubitari non potest diatesseron ex duobus tonis semitonioque consistere. Quoniam igitur demonstratum est tonum dimidium inter sesquisextadecimam & sesquiseptimamdecimam proportionem locari. absque comparatione etiam hac proportio metienda est. Nec enim longius progrediamur sumo ex ccxliii octauam decimam partem ea fere xiiii. Hanc si eidem apposuero fiunt cclvii. Apparet igitur minorem esse proportione cclvi ad ccxliii. sesquioctaua decima habitudine. Quod si dimidius tonus maior quidem est sesquisextadecima minor uero sesquixvii proportione. sesquioctaua decima uidelicet minor est. ducentorum ui lvi. ad ccxliii comparatio quae scilicet relinquitur ex diatesseron duobus tonis minor est. Nec dubium quin haec duorum numerorum proportio semitonio longissime diminuatur sit.

ADVERSUM ARISTOXENUM DEMONSTRATIONES. DIATESSERON CONSONANTIAM EX DUOBUS TONIS ET SEMITONIO NON CONSTARE INTEGRO. NEC DIAPASON SEX TONIS.

Quodsi ut aristoxenus diatesseron consonantia ex duobus tonis semitonioque conjungitur. duae diatessaron consonantiae necessario ditonos efficient. & diapente ac diatesseron iuncto. sicut unum diapason ciunquntur. tra sex tonis continua proportione coequantur. Itemque paulo antea sex dispositi tonos. quorum minimus erat numerus. cclxii cxliii. Adhunc ultimus in sexto collocabatur tono numerus. dxxxi cccxli. quantum retinebant tonum. cccclxxxii. & cccxcii. dispositum hoc modo.

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 76 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/76)